



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Sacrilegium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

710 S A C R I L E G I V M.

tus.c.22.n.3. Secus si faciat velut laicus , vi tempore necessitatis baptizans , vel elevans Eucharistiā de terra, vel canens epistolā sine manipulo.c.25.n.72. Nec excusatur à m. propter subitā necessitatē administrandi, vel accipiendo Sacramentū.c.22.n.3. Poterit enim in momento temporis concipere contritionem de suis peccatis. cap.1. num.

Pecc. m. qui verbo vel facto irrogat alicui Sacramento notabilē irreuerentiā.c.22.n.4.

S A C R I L E G I V M.

E S t fornicari in Ecclesia, vel cōmēterio; non tamē in dormitorio religiosorum. cap.16.n.3.

Sacrilegium est furari rem sacram ex loco sacro, vel non sacro , vel rem non sacram ex loco sacro : Qui quoad hoc intelligitur Ecclesia, Hospitale, Basilica vel Eremitoriu auctoritate Episcopi erectū. Quod si furto addatur effractio foriū,fenestrarū , & cæt. loci sacri, incurritur excommunicatio ipso facto.c.17. num.95.

Sacrilegiū est effundere semen, vel sanguine in loco sacro, vel violenter extrahere aliquem ab eo, qui configerat ad illum. cap.6. num.9. Quis dicatur locus sacer quoad hæc vide tit. Ecclesia, & Immunitas.

Sacrilegiū est fornicari cū persona religio-

la siue ambo sint religiosi, siue alter tatum)  
& cù sacris initiatu. c. 6. nu. 4. & c. 16. num. 3.

An vero hæc sacrilegia sint circūstantię ne-  
cessariò confitendæ, vide tit. circumstantia.

SALARIVM non soluere in ea re, quæ  
debetur, est peccatum, si contra voluntatem  
famuli fiat. Quod si famulus illa non indi-  
gens, vendat minori pretio, debet Dominus  
quare premium cōuentum. c. 17. n. 118. §. 19.  
Non tenetur herus soluere salarym pro il-  
lis diebus, quibus famulus ægrotauit. Susci-  
piens vero famulum nullo statuto pretio,  
tenetur tantum soluere, quanti alium simi-  
lem conduceret. c. 17. n. 107. §. 19. quomodo  
teneantur domini soluere salarya. vide  
num. 110. eiusd. cap.

Peccat tabellio, qui constituto sibi salaryo  
publico accipit maius etiam sponte datum.  
c. 2. §. n. 54. & tenetur restituere id, quod vi-  
tra accipit: hac tamen limitatione, si repeta-  
tur saltē extra iudicium. cap. 17. num. 33. 34

### SATISFACTIO I.

LÆRGE sumpta, comprehendit restitu-  
tionem; specialiter sumpta, differt ab il-  
la. cap. 3. num. 1.

Vxor, filius familias non emancipatus,  
seruus, & religiosus, non possunt etiam si ve-

Yy + lnt